# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Manuale parochialium sacerdotum

**[Leipzig], 1489?**

urn:nbn:de:bsz:31-310108

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Da 22

AN 555
AN 556
AN 557
AN 558
AN 559
AN 560

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Da 22 | e lxviij Re:c 4 a
G 24

Tu qui interdicti loca tenebis
Missam dic solaz ostiis januis tractare nolas
Unius ter vel paucis admittendi scolares
Vel aquam benedicas aspergendo populum dimittas
Tu baptizabis sed mulierem ne introinisabis
Tu communicabis egros sed non inunctabis
Mortuis non pulsis sepulturam quoque negabis

Nota alios in vulgari

Beschlos zu vnd eins leutt
Weych wassz mit sprengk dy leutt
halt mesz aber nit mit gesangk
las dir nymant hellffen er sey dan
geweycht zu dem krangk
De peycht sagt tauffen sey dein stab
Nymant einleyt noch begrab

Aggravare excommunicatos ... ex legali repies ... fo lxviij
Et in margine circa ... de matrimonio
Item de ... ad ... de conubiis et communicatione vide fo l

Adh. c–e (Stella clericorum. – Manuale parochialium. – Thomas Aq., de arte predicandi)
Leipzig, Marc. Brandis. c. 1490.
GW 2130, H 8199, 9341, 15065, 10727, 1353

Anno dni … 91 Walterus de werdt … nurmberga

# Manuale parrochialium ſacerdotū multū perutile

# Capitula in libello iſto contēta


| | |
|---|---|
| De ſancta ſinodo | Capitulū primū |
| De ſacramento baptiſmatis | Capitulum·ij· |
| De ſacramento confirmationis | Capitulū·iij. |
| De ſacramento altaris | Capitulum.iiij· |
| De ſacramento confeſſionis | Capitulum·v· |
| De ſacramento ordinis | Capitulū·vi· |
| De ſacramento matrimonij | Capitulū·vij· |
| De ſacramento extreme vnctionis | Capitulū.viij· |
| De negotijs et offitijs clericorum | Capitulum·ix· |
| De immunitate eccleſiarum et rerū ad eas pertinentium | Capitulum·x· |
| De obſeruatione ieiuniorum | Capitulū·xi· |
| De feſtiuitatibus | Capitulū·xij· |
| De biſexto | Capitulū·xiij· |
| De die paſce | Capitulū.xiiij· |
| De ieiunijs quattuor temporum | Capitulum·xv· |
| De ſententiis excommunicationis | Capitulū·xvi· |

Uoniam ex quorundam ſimplitiū ignorantia ſacerdotū aliqn̄ quedā ſunt que vergere poſſūt in ſuaꝝ ⁊ alioꝝ pericl'm aīmaꝝ Hoc eis ſub breuitate notauim⁹ Nō vt ipſi occaſione iſtoꝝ in aliq̄ obligent̄ de nouo. ſed vt his que agere dn̄t ſimplicit̄ informent̄

Capitulum primū de ſancta ſinodo

Acerdotes igit̄ ad ſanctā ſinodū ꝓfecturi debent ad-vertere vtꝝ aliqui in ipſoꝝ parrochijs ſint infirmi· et eos anteq̄ iter arripiant viſitare et facere circa eos qd̄ faciendū eſt ꝓ ſalute animaꝝ eoꝝ. Uenientes aūt ad ſino-dū tam honeſte ⁊ religioſe in via ⁊ in hoſpicijs q̄ nō ſuſpecta ſꝫ honeſta ſunt Debent in om̄ibus ſe habere vt de laudabili eoꝝ cōuerſatione edificari valeant hoc videntes ⁊ deū in ipſis glori ficare Siquis aūt illoꝝ qui dn̄t ſinodo intereſſe aliqua vrgē te neceſſitate· īpeditus venire non potuerit· nihilomin⁹ ſit ſolli citus et intentus q̄ per aliquē diſcretū de his q̄ interfuerūt ſi-nodo acta ſibi ſinodi referantur: Ingreſſi aūt ſinodū tā ſer-mone q̄ alia que ibi dicunt̄ auſcultare dn̄t trāquille pacifice et quiete· Et mādata ibidē facta cū diligenti ſollicitudine memo-rie retinere Et tp̄e ſuo executioni mandare ⁊ quouſq̄ ep̄us ex-eat niſi vrgens cogat neceſſitas de ſinodo non exire·

Capitulū ſcd̄m de ſacramento baptiſmatis

Aptiſmus ⁊ oīa alia ſacramēta ſūt cū honore maxio ⁊ reuerētia celebrāda ⁊ cū magna cautela· maxie in ꝓ latione verboꝝ in quib⁹ tota vis ſacri ↄſiſtit· ſ· vt cū aliq̄s bap tiſat dicat Ego baptiſo te in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti Dn̄t etiam laici a ſacerdotibus inſtrui ⁊ pater et mater pueri bapti ſandi qualit̄ in neceſſitatꝭ articl'o debeant baptiſare ⁊ q̄ caute integre et diſtincte v̄ba iſta Ego baptiſo te in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti debeant exprimere in vulgari ſuo Cōiuges aūt qui infantē ꝓpriū in tali caſu bona fide baptiſauerit poterit nihilo-min⁹ poſtea intrepide matrimoīo ſuo vti Itē poſtq̄ infantis

caput natū fuerit ſi de morte timēs obſtitrix vł alia ꝑſona bap
tiſet eū fundēdo ſup caput eꝰ aquā dicēs·ego baptiſo te in noīe
pr̄is ⁊c·hūc credimꝰ eē baptiſatū Si aūt manus vel aliqḋ mē
bꝝ prius naſcerent ⁊ baptiſaretur nō credimꝰ in hoc caſu bap=
tiſmū eſſe perfectū Interrogādus autē eſt laicus a ſacerdote·
ꝗ in neceſſitate ꝑuulū baptiſauit· Si baptiſādo oīa v̄ba iſta·ſ·
Ego baptiſo te in noīe pr̄is ⁊ filij et ſpiritusſancti. plene expreſ
ſerit in latino vł vulgari Si aūt ꝑuulꝰ ſit a laico debito mo
do baptiſatus·tūc ſup̄ ſacꝝ fontē ē a ſacerdote criſmate in ver
tice inungendus ⁊ etiā ſine immerſione ⁊ ꝓlatiōe p̄dictoꝝ ver
boꝝ ſcꝫ· Ego baptiſo te in noīe pr̄is ⁊ filij et ſpūſſancti·ſūt oīa
alia que ibi ſolent fieri diligenter explēda Si v̄o dubiū fuerit
vtꝝ ꝑuulꝰ ſit baptiſatꝰ.tūc p̄ſbiter īmergendo pueꝝ dꝫ dicē in
hūc modū Si baptiſatus es nō rebaptiſo te·ſꝫ ſi nōdū baptiſa
tus es Ego baptiſo te in noīe pr̄is ⁊ filij et ſpūſſancti Ad
eleuandū pueꝝ de ſacro fonte pauci aūt patrini ſufficiūt vtpote
duo vł tres ⁊ vnꝰ in cōfirmatione ꝓpter impedimēta matrimo
nij q̄ extētionibus ad iſta duo ſacramēta ꝯtingūt que nimiruꝫ
adeo ſūt valida ꝙ ſc̄m canones impediūt matrimoniū ꝯtrahen
dū et dirimūt iā cōtractū Et qm̄ ſc̄m canonicas inſtitutiōes
poſtq̄ ꝯiuges ſunt vna caro effecti altero illoꝝ de baptiſmo pu
erū eleuāte alter ſimiliter licet eū nō eleuet ſit patrinus· ſufficit
ſi alter illoꝝ infantē teneat in baptiſmo Paruuli aūt q̄ cito
fieri poteſt deferēdi ſūt ad eccleſiā baptiſandi·nec ꝓpter patri=
nos aliunde forſitā ꝯgregandos vel alijs de cauſis eſt eoꝝ ba=
ptiſmus deferēdꝰ·ne abſqꝫ baptiſmo aliquo caſu moriat̄ Criſ
malia vero infantiū munda habēda ſūt ⁊ noua ⁊ tam magna
vt in ipis totaliter puer inuoluatur·ne alij pāni lineant̄ q̄ ma=
tres eoꝝ nō retineant ſꝫ ad eccleſiā deferāt qn̄do primo miſſā
auditure ſūt puerperij tp̄e cōſumato que ſolūmō in eccleſie vſi
bus dn̄t cedere ob baptiſmalis reuerentiā ſacramēti Sacros
aūt fontes dn̄t ſp̄ tenere preſbiteri·cooptos et ſera firmatos·et
eoꝝ aliqn̄ freq̄ter innouare·vt ipſius aque corruptio deuoti
ꝑuē cuiuſpiā nō diminuat aut etiā ſcādaliſet Sacꝝ etiā criſma

cū oleo benedicto debet ſub diligenti cuſtodia clauis cūſtodiri ſicut ſtatuit innocētius terti⁹ in conſilio generali Illi vero q̇ in die cene vł alias mittūt ad eccleſiā cathedralem ſacꝝ oleum vł criſma petituri mundi et honeſti debent eſſe ne ſint indigne res tam ſacras deferre et ſecuri ne in aliquo ſacramētis huiuſmōi abutanť et diſcreti vt ſciant diſcernere vbi criſma vbi oleum ſit ponendum Et q̄ꝫ caute in via et in hoſpicijs ſint ſeruanda.

## Capitulum tertium de ſacramento confirmationis

Acerdotes aduentū epiſcopi viſitantis preſcientes debent corā epiſcopo populū et illos maxime qui ipſius conſilio indigēt ad audiendū v̄bū dei et confirmationem ſuſcipiendaꝫ in eccleſia conuocare Adulti vero qui cōfirmandi ſūt debent prius ↄfiteri et portare ſecum bendellos mōos longos et latos et eos iam confirmati ad minus per triduū die ac nocte deferre ne criſma poſſit· alijs pānis tāgi· bendellis aūt et frōte lotis in tali loco mūdo ⁊ honeſto aqua fundenda eſt vbi nequeat conculcari Ieiuni aūt ſi fieri poteſt omnes hoc ſacramētum debent ſuſcipere et non ſuſcipere niſi ſemel Q ō paruulus merito nō confirmatur donec habeat memoriā competentē ne ꝓceſſu tempis an ſint confirmati ignorantes ſe faciūt denuo cōfirmari Verūtamē quos epiſcopi baptiſant ſtatim poſt baptiſmum cōfirmant Quapropter de his ſcꝫ adultis qui ſint confirmati non conuenit dubitare In confirmatione aūt poſſunt qui volunt ſibi nomina mutare.

## De ſacramento altaris Capitulum quartum

Acerdos miniſtrans q̄ꝫ hoſtia ſit integra et abſq̧ macula et vinū puꝝ et ſine fecibus dꝫ attendere diligēter et ne aquā omittat De hac v̄o ſufficit infundere ī calicē vnam guttā quam infundēs et qñ euangeliū legiť debꝫ petere benedictionē ab ipſo ſi ſit preſens Si autem aquam infundere quod abſit ſacerdos omiſerit debet q̄ꝫ cito aduerterit apponere Verūtamē ante ↄſecrationē nō poſtea hanc infūdat Si v̄o pacta

cōſecratione hoſtie nec vinū nec aquā inuenerit in calice dz ſta-
tim vtrūqȝ infundi et tūc incipiēte ſacerdote a ſimili modo· ſūt
more ſolito cetera ꝓſequenda Matutias aūt ⁊ primā anteq̄
celebret dz ſacerdos audire Añ abſolutiōz āct ſacerdos nō dz
celebrare ſi ſciēter excōmūicato cōmunicauerit non ꝯceſſo In
nūero aūt collectarum in miſſa dicendoꝝ ꝛſpſationū ⁊ modo ſe
habendi ad altare et huiuſmodi cōgruit vt ſue cathedrali eccle
ſie preſbiter ſe conformet· Decet etiam vt clericus in miſſa mi-
niſtrans vel qui legit epiſtolā cappa clauſa vł ſup pellitio ſit in
dutus Si quis ṽo preſbiter demoniacus q̄ deus auertat fu-
rioſus lunatic⁹ vł morbū caducū paciēs· aut lepros⁹ efficiatur
celebrare nō debet vlterius ep̄o inconſulto Hoꝝ autem demo
niacus ante plenā liberationē nūq̄ dz ſm quoſdam doctores
miſſā celebrare· Scd̄m alios vero in nullo tp̄e etiam ſi plene
fuerit liberatus Furioſus quoqȝ et lunaticus ⁊ qui morbum
caducū patit̄ ſi paſſiōes iſti eis raro accidāt ⁊ abſqȝ ſpume ere
ctione ac vocis ꝯfuſe emiſſiōe poſſūt de ſui licentia ep̄i celebrare
ita tamē q̄ iuxta ſe habeāt aliū ſacerdotē q̄ cepta offitia ſup-
pleat ſi illi defecerint et ſi ad terrā collidant̄ Si eis freq̄nter ac
cidāt vł etiā raro ſȝ cū ſpuma ⁊ voce confuſa dn̄t omīno ceſſa
re ab offitio miſſe Leproſus tn̄ qȝ incurabilē morbū hȝ poſtq̄
de lepra eius conſtiterit celebrare nō dz. Porro ſi poſtq̄ ſacer
dos inceperit Ce igit̄ ſāguis ꝑ nares ei⁹ irrupit vł alios hm̄oi
di caſus ei acciderit ponat ſignū de cera ſup̄ dictionē quā dice
bat qn̄ caſus ille ei accidit Ceſſāte ṽo ſanguine manibuſqȝ na
ribus in ſilētio lotis ad ſignū cere redeat ⁊ ꝓcedat mutat̄ tñ
ꝑus veſtimētis ſacerdotalib⁹ ⁊ pānis altaris· ſi q̄ ſint ſup quos
ceciderit ſāguis e⁹ Si aūt ꝓpter huiuſmōi ſanguis eruptiōz ip
ſe moraretur poſſet ali⁹ preſbiter explere qd̄ iſte dimiſerat inex
pletū ad ſignū in quo p̄m⁹ dimiſerat inchoādo Cū aūt dicit
ſacerdos q̄ pridie q̄ pateret̄ pollicē et indicē vtriuſqȝ man⁹ cū
palla altaris tergat Qui poſtq̄ hoſtiam ſuper altare accepe-
rit eam in altum non eleuet donec dixerit· Hoc eſt enim corp⁹.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

meum. que verba ſunt diſtincte attente et deuote proferenda.
In fractione vero hoſtie cauendum eſt ſacerdotibus ne digi-
tis niſi pollice et indice tangat eam Poſt ſumptionem domi-
nici corporis bis vinum ſuper digitos et calicem eſt ſumendu
ne aliquid de ſacramento poſſit in ore presbiteri vel in calice re
manere. et tunc ſi fieri poteſt ab expuendo eſt aliquantulũ ab-
ſtinendum Alioquin in tali loco expuendum eſt. qui ſit mõdus
et honeſtus vbi ſputũ nequeat conculcari Sane ſi muſce vl' a
ranea vel aliquod tale in calicẽ ceciderit q' vix ſine vomitu aut
corporis periculo poſſit ſumi ſanguis ſumat et vino ſuperfuſo
illud qđ cecidit abluatur et ablutio a ſacerdote. vl' ab alio bo-
nam conſcientiã habente ſumat poſtea illud quod cecidit in ſa-
crario cõburatur Ver ſi q' de ſanguine domi ceciderit ſup cor
porale vel pallam aut ſup ſacr aliquod indumentũ ſugenda ẽ
ps ſanguine tincta ⁊ diligẽtiſſime abluenda ⁊ ablutio pma et
ſcđa a ſacerdote ſumẽda. Alie vo in ſacrario ſũt fundende. ps
aũt panni pdicti que fuit ſanguine chriſti tincta ẽ ſm quoſdam
ſcindenda. et ſicut iã dictũ eſt lota p reliquijs reſeruãda ⁊ ſup
illam ſcriptura huiuſmodi conſuenda eſt ſuper pannum iſtum
cecidit ſanguis chriſti dei noſtri Si autem ſuper aliud indu
mentum vel pannũ benedictũ ceciderit ſanguis chriſti ſugatur
ps tincta et abluatur. et ablutio a presbitero ſumatur vt ſupra
et pars illa deciſã in ſacrario cõburatur Si vero in terrã vl' li-
gnũ vel lapidẽ ceciderit lingendus radendus ⁊ extergend' eſt
locus ille Et pannus in aliquo loco abſcondito reponend'
Calix' aũt poſt miſſã eſt panno inuoluend' quem non tractẽt
miniſtri altaris qui non ſunt ſubdyaconi nuda manu Am-
pule vero in miniſterio altaris decentes. et operculũ habẽtes in
tegre ſunt habende. et mundiſſime reſeruande. quas eſſe ligne-
as nõ decet. et ad vinũ tenendũ cupreas nõ cõuenit ne in ipſis
aliquaten' corrũpat Altari magna debet exhiberi reuerentia
maxie aũt qñ miſſar ſolẽnia celebrant ob reuerẽtiã ſaluatoris
ibi cu ſpiritibus angelicis indubitanter exiſtentis quẽcienſcunq

miſſaꝝ ſolēnia preſbiteris celebrant̄ Ceteꝝ in altari in q̄ ara
eſt enormiter fracta celebrandū nō eſt ep̄o incōſulto Altaria
v̄o portatilia dn̄t eē tam magna vt ſuꝑ ea poſſit calix ⁊ hoſtia
totaliter collocari· nō ſuꝑ lignū ſi in ipſo ſint altaria huiuſmōi
ſigillata Debēt etiā altaria mōa a telis araneaꝝ puluere ⁊ ab
alijs imūdicijs ꝯſeruari Nō em̄ deceꝫ ſordes aut indecētias ne=
gligere que etiā dedecent in nō ſacris Decenter etiā altaria
ſūt ordināda ſm̄ eccleſie facultatē· Ornamēta quoqꝫ eccleſiarū
nōniſi vſib⁹ eccleſiaſticis ſūt applicāda Sūt etiā poſtq̄ꝫ nimis
vetuſta fuerint ꝯburenda Lintheamina quoqꝫ altaris et indu
mēta ſacerdotalia mōa ⁊ integra ſunt hn̄da p̄cipue corꝑalia et
palle Hec aūt ſine appoſitione pānoꝝ nō tm̄ ſemel in anno· ſꝫ q̊
ciens ꝯuenit in vaſe mōo ad hoc ſi fieri poteſt ſpecialiter depu=
tato lauanda ſunt ab aliqua virgine honeſta vidua vl' matro=
na· Corporalia lauāda ſūt a preſbiteris tm̄ vl' clericis in̄ vaſis
ad hoc appropriatis Quod ſi aliqua neceſſaria vrgēti im
pediente ad plenum lauari non poſſunt· lauent ſaltem aqua
ſacrario infundenda· deinde tradant ea lauanda alicui de muli
eribus ſupradictis Porro quidē in ramis palmarum ⁊ de
inde per totam ebdomodam affectuoſe et attente populū eorū
ammoneant ſacerdotes ne in die paſce communicent in aliquo
peccato mortali nec etiā in volūtate peccādi mortaliter que ſiq̄
dem eſt mortalis In die v̄o paſce etiā inſtanter ⁊ diligenter po
pulū inducant ne cū impetu ⁊ feſtinatiōe· ſꝫ mature tēpeſtiue
humiliter ac deuote accedāt ad dom̄ici corporis p̄cipiendū ſa=
cramentū ꝯgruū eſt etiā et ſecuꝝ vt poſtq̄ꝫ ꝯmūicauerit ip̄e po
pulus vinū ei vbi cōmode haberi poteſt ad parūper bibenduꝫ
porrigatur ne aliquid de ſacramēto in eius ore valeat remane=
re Ipſum aūt corpus dominicum in loco eminenti decenti ho=
neſto ⁊ mōo et ſub claue ſpeciali vl' luqueto in pixide mundiſ=
ſima ⁊ honeſta ⁊ ſm̄ eccleſie facultatē precioſa debꝫ taliter cu=
ſtodiri· ne ad illud man⁹ temeraria extēdi valeat ad aliq̄ nepha
ria exercenda In predicta vero pixide pannulus mūdus ⁊ al

bus eſt habendus vt ſacramenti minutie poſſint cautius aduꝰ
nari et loco et tempe ſumi Debent preterea parrochiani a pre
ſbiteris āmoneri. vt vbicūqꝫ deferri videant corpꝰ chriſti ſtatim
iunctis manibꝰ ꝛ flexis genibus debitam ꝛ deuotā et exhibeāt
reuerentiam ſuppliciter adorando qđ cū ſacerdos defert ad in-
firmū caute reuerenter mature ꝛ deuote dꝫ ferre dicendo ſeptē
pſalmos aut canticū graduum vel huiuſmodi et lumine et aq̄
benedicta ꝛ cāpanula pcedētibꝰ vbi ꝛ qñ pt ꝯmode obſeruari.

## De ſacramento confeſſionis Capitulum quintum

Diligenter debet attendere ſacerdos ꝙ parrochiani ſui
oēs etatem habentes ad minꝰ ſemel in anno ꝯfiteāt
Ipſi autem audiendo confeſſiones humili vultu et oculis ad
terram defixis audire debent et precipue mulierē Et monere
confitentem cōfiteri integre atqꝫ pure alioquin ei dicat confeſſi
onem non valere ad ſalutem Integre aūt ideo dicimus. quo-
niam vnicū peccatū mortale volūtarie retentum ſufficit ad dā
nationem eternam Cauere aūt debent ſacerdotes ne confeſſio
nes duoꝝ ſimul audiant nec confeſſionem alicuius etiam me-
tu mortis reuelent Sciendū eſt ꝙ qui peccatū in penitenti
ali iuditio detectum preſūpſerit reuelare non ſolum a ſacerdo-
tali offitio deponendus eſt verumetiā ad agendū perpetuā pe
nitentiam in artū monaſterium eſt detrudendus Sacerdos
aūt a quo parrochianus ſuus petit licentiam confitendi alij ſa
cerdoti diſcreto liberaliter debet concedere ne licentia negata
occaſio fiat ei remanendi in peccato Debent etiam preſbiteri
eſſe cauti ne penitentiam iniungāt mulieribus cōiugatis ꝓpter
quam viri earum ſuſpectas habeāt de violatione fidei marita-
lis In confeſſionibus ē etiā ſacerdotibus cauendum ne ali
quid exigant pro ipſis audiendis ne pauperes oblationē non
habentes a confeſſione occaſione huius rei retrahantur Itē
miſſe celebrande non ſunt in penitentia niſi preſbiteris iniun-
gende. vt in hac pte oīs ſpes auaritie deuitet. ſed alio mō ſunt
iniūgende penitētie faciēde Cauendū eſt etiā ſacerdotibꝰ ne a

peccatis abſoluant que retinent ſibi epi· niſi ſuꝑ hoc habeāt li-
centiam ſpecialem· ſed tales caſus reſeruēt illis qui hn̄t epi ptā
tem Quoniā aūt mlti nimis rudes ſūt in ſuis confeſſioni
bus faciendis inſtruendi ſunt publice ab eorum preſbiteris
in principio quadrageſime· quō ſit confeſſio faciēda· videlicet
vt cū humilitate et reuerentia ad ſacerdotē accedāt. et flexis ge
nibꝰ iūctis manibꝰ et capite velato ſi mlieres ſūt ꝯfiteāt· in hūc
modū Confiteor deo et beate marie v̓gini ⁊ omībus ſācti
et tibi patri· qꝛ peccaui nimis in tali et in tali peccato· et taliter
et totiens· et in tali loco· nec nō in tali tp̄e· et ꝑ tot coadiutores
Mulieres v̓o ſunt inſtruēde ne ante faciē ſacerdotis. ſed ad ei
us latus ſe collocēt· ne in facie videant̄· quas cū audiūt cōfeſſo
res tam honeſte tā religioſe ⁊ tā ſancte dn̄t eas audire ne pater
celeſtis qui videt in abſcōdito in aliquo offendatur Inquiren-
tes aūt p̄ſbiteri de peccatis curā dn̄t diligēter habere· ⁊ cautelā
inq̄rendi ſtudioſe. ⁊ ſigillatim vitia vſitata. inuſitata v̓o nō ni
ſi a lōge· ⁊ ꝑ aliquā circūſtantiā· ſic vt expꝫ vitiū illud de q̄ cō
fitetur det̄ materia ꝯfitendi· inexpertis v̓o nō det̄ occaſio intelli
gēdi quid ſit huiuſmōi pctm̄ Itē ad audiendū cōfeſſiones· eli
gendꝰ eſt in eccleſia locus tā cōis et patens· vt ab omībus poſ
ſit videri cōfeſſor· ne de loco· ſ· ſuſpecto ſcādalū aliqd̓ aut ſuſpi
tio oriat̄· Cauendū ē aūt ꝯfeſſoribꝰ ne a ꝯfitente q̄rant nomina
ꝑſonaꝝ cū quibꝰ peccauerit. ſed circūſtātias tm̄ que faciūt ad g̃
uationē peccati quod ſine his de peccati q̄titate bene iudicare
nō poſſit Poterit aūt in peccatoꝝ inquiſitiōibus ꝓcedere iſto
mō· niſi habeāt p̄ manibꝰ meliorē De ſupbia ſic· feciſti aliqd
vl̓ dixiſti ꝓ laude ſeculi hn̄da vel honorē ſeculari Placuit ti-
bi vanus ornatus in capite tuo· aut in veſtibꝰ· vl̓ equitatura·
ſicut ſūt coronule d̓ floribꝰ aurifrigiū· calcaria· pectoralia deau
rata ⁊ hmōi vanitatē hn̄tia· Impugnaſti ſciēter veritatē Ob
uiaſti ſciēter auctoritati maioris tui Qd̓ alioꝝ erat aſcripſiſti·
tibi Fuiſti inobediēs eccleſie Dixiſti obprobriū alicui ex ſupbia
Blaſphemaſti nomē dei· aut beate marie· vl̓ alioꝝ ſanctorū·

Feciſti aliquas ſupfluas expẽſas cã laudis hũane Cõmunica-
ſti ſciẽter excõicatũ in caſu nõ ɔceſſo De inuidia ſic Diſplicuit
tibi bonũ alteriꝰ· vł placuit tibi eiꝰ malũ cauſa inuidie Dixiſti
malũ de bonis· vł de ꝑſona alteriꝰ Semiaſti diſcordiã Dam-
naſti aliquẽ Tacuiſti bona alterius ex inuidia De ira ſic
Habes irã Percuſſiſti aliquẽ ꝑ irã· Dixiſti contumeliã patri
vł matri vł alij Dãnificaſti aliquẽ ꝑ te vł ꝑ aliũ ſiue accuſãdo
ad dominũ ſuũ ſiue ſcindẽdo arbores· ſiue ꝑ incendiũ· vł alio
mõ Impediuiſti bonũ alicuiꝰ cauſa odij. Feciſti rixam diſcor
diã homicidiũ vel vulnera De accidia ſic Fuiſti tepidꝰ ad
bñ agendũ cũ poſſes Dimiſiſti ſurgere ad matutinas vł ire ad
miſſã ꝓpter ſegnitiẽ· Fuiſti ocioſus Diſtuliſti ɔfiteri. neglexiſti
agere pñiam tibi iniunctã Diſtuliſti ex negligentia iniuſte abla
tũ reſtituere Incidiſti in aliq̃ deſperationẽ De auaritia Fui
ſti ſimoniacꝰ in ordie· in bñficio aut in miſſa ex cupiditate cele-
brando· aut ſacramẽta eccleſiaſtica miniſtrãdo Fuiſti vſurariꝰ
fur. raptor· ꝑiurꝰ· aut mentitꝰ cauſa lucri Perbibuiſti ex auari
tia falſũ teſtimoniũ Fregiſti ex cupiditate feſta celebrãda Cõ-
miſiſti ſacrilegiũ aliquid furtiue ab eccleſia extrahẽdo· aut res
ad eccleſiã ꝑtinẽtes· vt crux calix ⁊ ornamẽta eiꝰ primitie· deci
me. oblatiões ⁊ huiuſmõi Extra eccłam ꝑ furtũ aut violẽtiã
vſurpãdo Mouiſti metã in agro alteriꝰ· habuiſti aliq̃d de ver
ra vł ludo Habuiſti voluntatẽ rapiẽdi furãdi vł aliter male ac
quirendi· licꝫ nõ ꝑduxeris ad effectũ De gula ſic. Fuiſti ebriꝰ
fregiſti ieiunia ɔſuetudinaria niſi in neceſſitate· Comediſti cau
ſa guloſitatꝭ. prepropre· laute nimis ardent· ſtudioſe prepropre
i· ante horã laute· i· exquiſita cibaria· ſtudioſe· i. cũ ſuperfluis
⁊ exq̃ſitis apparatibꝰ. Freq̃ntaſti tabernã De peccato luxurie
ſic dñt inq̃rere ſacerdotes circũſtãtias q̃ in hoc vſu ɔtinentur.
Quis· qd· vbi· q̃ñ· q̃tiẽs· cur· quõ· ꝑ q̃s Quis· i. ſi clericus
aut ɔiugatus vł ɔſanguineꝰ· vł cõpater· vł cõmater· vł frater
aut ſoror ſpũalis Quid· i· ſi eſt fornicatio vel adulteriũ. aut
alius peccatum quod cõmiſiſti· vł occultũ vel manifeſtum;

Ubi·i·in quo loco ſacro vl' nō·aut in religioſo· Per q̊s ſcꝫ auxiliatores vl' nūmos pctm̄ ꝯmiſiſti· Nā ſm apl'm ad Roma Nō ſolū q̄ pctm̄ mortale faciūt: ſꝫ q̄ facientibꝰ ꝯſentiūt digni ſt morte eterna. auxiliatoꝝ tn̄ noīa nō q̄rant a ꝯfitēte niſi ſuper modū ſup̄ eodē capitl'o poſitū Quotiēs·i·q̊t vicibꝰ et cū q̊t pſonis Cur·i·qua tēptatione·vtꝝ p̄uentꝰ ab ipſa. an tu ſolli citaris te ad peccandū Q̄uō·i·vtꝝ ſm naturā vl' coñ Q̄ñ ·i·vtꝝ in ſolēnitate vl' in q̄drageſia vl' alio tp̄e ieiunij In p̄di cto aūt peccato qđ ē coñ naturā dñt ſacerdotes introgare cau tiſſime.ſ·hoc modo·niſi forte dñs inſpirauerit meliorē Accidit tibi vnq̄ꝫ pollutio Si dicat nō nihil querat vlteriꝰ de hoc pec= cato Si dicat ꝙ acciderit·querat ꝯfeſſor dormiēdo aut vigi= lādo Si dicat vigilādo ſubiūgat ſacerdos dicēs·cū muliere vl' abſqꝫ ea. Si dicat abſqꝫ ea querat q̄uō·vt ex ore eiꝰ extrahat. Si v̄o dicat ꝙ nō acciderit ſibi abſqꝫ muliere. niſi dormiendo forſitā nihil querat vlterius de hoc peccato·ne iumentis aperi at puteum coopertū Querendū eſt etiam a penitente· vtꝝ choreas duxerit·vl' ipis ſpectaculis ad laſciuiam carnis incitā tibus libenter interfuit·vel ſi appetens videri ad concupiſcenti= as carnis ſe ornauerit·contra quod dicit beatus Auguſtinus Neqꝫ em̄ cum proceditis feminas videri ꝓhibemini· ſed appe tere vel ab ipſis appeti criminoſum eſt Querendū eſt etiam an fecerit aliqua ſortilegia aliqua de cauſa Et ſi dicat ſic que et q̄ bus de cauſis Et ſciendum eſt ꝙ in omnibus peccatis quo rum actus ſunt mortales poſſumus ſola voluntate peccare. Si em̄ velit aliquis fornicari aut furari· et ſic de alijs peccatis mortalibus. et non poteſt·non eſt dubium quin peccet morta= liter in tali volūtate Unde dominus in euangelio Qui vi derit mulierem ad concupiſcendam eam·iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Cōſentientes etiā volenti peccant mortaliter. ⁊ in eadē damnatione ſūt ſm verbū apoſtolicū paulo ſupius interſertū Sciendū etiā ē ꝙ peccata de quibꝰ certi ſumꝰ·ꝙ ea nō fecimꝰ ſi debemꝰ ꝯfiteri Timeo me tale peccatū feciſſe ꝙ mi

hi videt ꝓpter tale vł tale quid Cū aūt pn̄ie ſint arbitrarie q̄ꝛ
ta de ſinglis peccatis pn̄ia iniūgenda diſcretiōi relinquit ꝓuidi
ꝯfeſſoris q̄ caut⁹ dꝫ eē vt talē iniūgat pn̄iam ne pn̄ie magnitu
dīe redeat vt canis ad vomitū de pn̄ia ꝑficiēda deſperādo Si
eñ in pn̄ti nō ſatiſfecerit· plene in purgatorio· ſiſtū penitēs obie
rit ꝓ reſiduo puniet Si aūt īpenitēs migrauerit eternalit̄ cru
ciabit in inferno· Ne v̄o ꝓpter leuitatē pn̄ie pctōr nimis ſecurū
ſe putꝫ dꝫ eidē innoteſcere ad quā pn̄am tenet ſi eā tenere poſſꝫ
vel vellet· In dubijs aūt dn̄t ſꝑ epm̄ ꝯſulere ꝯfeſſores vel eius
pn̄iariū· aut alios ſapiētes Cauētes attenti⁹ ne ꝑſonā ꝓ q̄ req
runt conſiliū nominēt· nec aliquā circūſtantiā exprimāt ꝑ quaꝫ
poſſit cōfitens reuelari Eis etiā attentiſſime ē cauendū ne pro
reſtitutiōe rei aliene faciēda. iniūgant elemoſinas faciēdas Nō
eñ dimittit peccatū niſi reſtituat ablatū ſi reſtitui poteſt Nō
etiā de ſimoniacis in bn̄fitio ōr· niſi abrenūciauerit benefitio ſi
moniace ipetrato Res aūt aliena vero dn̄o reſtituēda ē· ſi inue
niri poteſt· alioquin heredi ei⁹ vł ei q̄ de iure ſuccedit ab inteſta
to ē reſtitutio facienda niſi ꝑ ordinationē teſtamēti ſit aliud faci
endum. Si vero aliquis eoꝝ nequeat iueniri· nec ſpes ē aliq̄ ꝙ
ulteri⁹ inueniat vtpote qꝛ certiſſime ꝯſtat eū ab hoc ſeclo iā mi
graſſe· et de re huiuſmodi nihil aliud ordinaſſe. tūc de ꝯſilio ꝓ
uidi ꝯfeſſoris. ſi res ille parui valoris ſint in eccleſias ſūt expen
dēde Si āt magni valoris ſint eps̄ ł eiu's hn̄s ptātē ꝯſulatur
Nec ſi ꝯfeſſor ꝯſuluit epm̄ vł ei⁹ vicariū in hac ꝑte nō noīet per
ſonā q̄ ad reſtitutionē tenet· Si aūt ſpes habeat ꝙ ille cui ē re
ſtitutio faciēda valeat aliq̄ tpe repiri· tūc nō ſūt diſtrahēde res
ſed ei reſtituende Sed ponant in aliquo tuto loco vbi fideliter
cuſtodiantur· et ipſi cū inuentus fuerit vł eius certo nūcio in i
tegrū reſtituantur· Cauere tn̄ dn̄t tām eps̄ q̄ꝛ confeſſor ne de
reſtitutionib⁹ faciēdis retineāt aliquid ſibiipſ· ne ex hoc penitē
tes a reſtitutionib⁹ retrahant· et ne ipi penitēciarij eccleſiaſtici
cōſiliarij fraudulēti videant Cauendū eſt preterea diligentiſſi
me ſacerdotibus ne pn̄ias iniūgant hijs q̄ peccata ſua nolunt

dimittere· ne in vanũ ↄfidãt de venia ſi eis nõ penitẽtib⁹ pñia
iniũgatur Verʒ tñ talib⁹ eſt conſulendũ· vt interim faciant ꝗc
quid boni poſſunt· vt deus eos ad verã penitentiam illuſtra=
re dignetur Sane ſupꝫ confitẽtes pia geſtare dñt viſcera ſe
cũdũ ꝙ dñs dederit cõfeſſores exemplo beati. Ambroſij de ꝗ
legitur ꝙ quocienſcũqꝫ illi aliquis ob percipiendã penitentiam
lapſus ſuos ↄfeſſ⁹ eſſet ita flebat vt ⁊ ipm flere oppelleret Nõ
aũt ſordes alienas diluere ⁊ ꝓprias negligere· aut languores
alioꝝ curare ⁊ ſe abſqꝫ cura relinquere non expedit neqꝫ decet·
Omñes debent ſacerdotes ad min⁹ ſemel in anno ſuo epiſcopo
aut eius penitẽciario aſſignato aut etiã alijs auctoritatẽ ipſius
epi hñtibus in hac ꝑte integre cõfiteri cũ alij ſacerdotes curaꝫ
aiaꝝ ipſoꝝ nõ hñtes abſoluendi eos nõ habeãt niſi in vrgẽtis
neceſſitatis articulo poteſtatẽ· licet enĩ omnes ſacerdotes cũ in
preſbiteros ordinant̃ claues ligandi ſuſcipiant et ſoluendi· hñt
tamẽ eas ligatas donec eps ſuus ſoluat eas aut aiaꝝ curã cõ
mittendo aut aliter licentiam indulgendo Item non debent
credere ſacerdotes ꝙ niſi de licentia epi poſſit ꝑ volũtate ſua
ſibi eligere ↄfeſſorẽ ꝗ nõ hʒ curã animaꝝ eoꝝ· hoc ſolũ epis
et quibuſdã alijs ꝓlatis exceptis ius concedit· ꝓpter hoc ſi vo
lũt ꝙ abſolutio facta ab alijs valeat· debent petere licentiaʒ a
ſuis epis vt poſſint alijs plenarie confiteri· Sane qui petũt
ab epis penitẽciarios ſibi dari petant ꝓuidos et hõeſtos Noui
aũt preſbiteri curati anteꝗ̃ parrochianoꝝ ſuoꝝ ↄfeſſiones au=
diant· rogent aliũ ſacerdotem ꝓuidũ diſcretũ ⁊ exercitatũ in cõ
feſſionibus audiendis qui eos in eis diligent̃ inſtruant ac infor
ment Caueant aũt ſacerdotes ne in cõfeſſione quã faciũt ante
altare nominẽt aliquod graue aut turꝑe peccatũ in ſpecie ſicut
eſt fornicatio pollutio ꝑticipatio cũ excõmunicatis ⁊c· ſed ſoluʒ
in genere nominent peccata dicẽdo ſic vel ſimilia Cõfiteor
deo celi ⁊ beate marie ſempꝫ v̾gini et oĩb⁹ ſanctis ⁊ tibi pa=
tri vl' fratri· qꝛ peccaui nimis cogitatiõe locutiõe et oꝑe omiſſi
one mea culpa Ideo deprecor te orare ꝑ me Et reſpõdẽs di=
cat Miſereat̃ vři ⁊c· Non debent etiam confidere ꝙ huiuſmo

di confeſſio liberet eos ab aliquo mortali niſi in priuata confeſ
ſione confiteatur illud·

De ſacramento ordinis Capitulū·vi·

Lerici poſtq̄ recipiant ordines epō vł eius penitenci
ario in foro penitenciali plene confiteantur et diſcrete
ne forte indigne accedant ad ordines ex ſimplicitate aut igno-
rantia irregulariter ordinentur Scire dn̄t omnes ꝙ nullus or
dinari debet niſi a ꝓprio epō vł de licentia eius ab alio Quod
ſi contra factum fuerit ab aliquo non dꝫ exequi offitiū ordis
ſic ſuſcepti quouſqꝫ fuerit cū eo diſpenſatuz Caueant aūt cleri
ci ne ad ordines indigne accedant Scientes ꝙ de vita et ho-
neſtate ordinandoꝝ et ſcientia diligens inquiſitio debꝫ premit
ti ne ſi cecus cecum ducat tam ductor q̄ ductus in foueā mor
tis cadat Preuideant igitur ordinandi ne impedimentū aliqđ
paciantur quo minus poſſunt canonice ordinari ſicut eſt excō
municatio non ſolū maior ſed etiam minor vł defectus nata-
liū aut libertas vel morbus caducus vel lepra ⁊ huiuſmodi vt
ſymonia in ordine homicidiū bigamia Qn̄ aūt dyaconi in
preſbiteros ordinandi ſunt induti et coram epiſcopo induto
ordines celebraturo conſtituti·capellanus eius vł alios cui ip
ſe preſul iuſſit manus eoꝝ diligenter intus et exterius debet cō
ſpicere ne in ipſis notabile aut indecens habeant aut enorme
quod ipſis celebrantibus poſſet poſtmodū ſcandaliſare popu-
lum intuentem quod ſi habuerint ordinari non debent·

De ſacramento matrimonij Capitulū·vij·

Lamdeſtina matrimonia id eſt ſine pn̄tia pluriū ido
neorum teſtium et denūtiatione debita contracta ſub
pena excommunicationis penitus inhibentur Sub pena etiā
excōmunicationis et ſuſpenſionis etiā ſacerdotibus inhibeť ne
mulierem cuius vir abſens eſt preſumat alij matrimonialiter
copulare donec certiſſime de morte viri ꝑ teſtes ydoneos con-
ſtet·et idem ſeruandum eſt circa virum cuius mulier abſens eſt
Huic etiā pene ille ſubijciendus eſt qui vxorem leproſi alicuꝰ
ipſo viuente alij viro·et illum etiam qui aliquos ante annos

etatis legittime id eſt anteꝙ· vir quattuordecim· et mulier duo
decim habeat abſq licentia epi ſpeciali pſumpſerit copulare·
Sacerdotibus etiam inhibetur ne aliquos niſi trina admo-
nitione pmiſſa in tribus diebus domīcis vel feſtiuis matrimo-
nialiter iungere preſumat· nec in gradu quem ius canonicum
non concedit Hoc autem vltimū diſtricti9 eſt obſeruandū Gra
dus autem conſanguinitatis doceāt prochianos ſuos ſacerdo
tes taliter computare. Fratres ſunt in primo gradu· filij duoꝝ
fratrum qui alicui dicuntur cognati germani ſunt in ſecundo
gradu· filij duoꝝ cognatoꝝ ſunt in tertio gradu Horum aūt
filij quos vulgus tertios cognatos appellat ſunt in quarto gra
du Inter iſtos non eſt matrimonium legittimum niſi cum eis
per ſedem apoſtolicam diſpenſetur Ubi notandum ꝙ in
quoto gradu conſanguinitatis attinet mihi aliquis in eodem
gradu affinitatis attinet mihi vxor eius vel qualibet alia quaꝫ
ipſe carnaliter cognouit Item notandū ꝙ inter cōmpa-
trem et inter cōmatrem ipſius et inter patrinum et filiolaꝫ vl'
inter filios carnales patrini· et illam quam ipſe de ſacro fonte
leuauit vel etiam inter filios carnales alicui9 et illam quā ipſe
met baptiſauit non eſt legittimum connubium niſi ſummus
pontifex diſpenſauerit cum eiſdem· Porro ſi in computa-
tione graduum dubitatio aliqua emerſerit conſulere debent ſu
per hoc ſacerdotes epiſcopum antequā in matrimonio contra
hendo vlterius procedatur Item ſub pena excōmunicati
onis prohibere debent ſacerdotes ne alter coniugium ad religi
onem tranſeat niſi de licentia alterius coniugis et auctoritate
proprij epiſcopi In conſilio aūt lateraneñ· prohibetur ſub
pena ſuſpenſionis· ne aliquis pro benedictione nubentium vel
exequijs mortuorum vel pro alijs ſacramētis pecuniā extorq
re preſumat vel fideiuſſores exigat vl' propter hoc ficticia impe
dimenta opponat iuxta illud quod dicit dominus in euange-
lio· Gratis accepiſtis gratis date Debent tamen a parrochia
nis quibus impenſa ſunt ſacramenta pie conſuetudines obſer-
uari et ſunt per epiſcopum compeſcendi qui malitioſe nituntur

hic incipit [illegible] folio X

ſtas ligandi atq; ſoluendi. Ecce quãta dei benignitas. et ſacerdo tum dignitas. qz ipſe dñs quicq; per malos bonũ operatur. et hoc ideo ne claues eccleſie a fidelib9 paruipendant. qz ſi aliquã ſacer dotes nõ habent ex merito. tamẽ hñt ex offitio dignitatis et ſi. quis ſacerdotũ indign9 ſit quod abſit. hoc ſibi nõ tibi nocebit.

Ecce quãta poteſtas vobis ſacerdotib9 data eſt. qz lin gue vre claues celi facte ſunt. Bern. O quantã digni tatem contulit vobis de9. Quãta eſt prerogatiua ordinis ſa cerdotalis. Pretulit vos regib9 terre. pretulit hũc ordinez om nib9 homĩb9. immo. vt altius loquar. ptulit vos angelis. thro nis et dñationib9. Sicut em̃ non angelos. ſed ſemen apprehen dit abrahe ad faciendã redemptionẽ. ſic nõ angelis ſed homi nibus. ſ. ſolis ſacerdotibus corporis et ſanguinis ſui commiſit conſecrationẽ. Nota qꝫ ad quicq; verba ſacerdotis ſtantis ad altare. et dicentis vba canonis. Hoc eſt em̃ corpus meũ. q bus verbis dominus dedit vim conficiendi in cena prelatis. vel in lotione pedum diſcipulorum in cena cum dicebat diſcipulis ſuis. Hoc facite quotienſcunq; ſumitis in meam commemora tionem. ideſt ob mei amoris memoriam. quez exhibui in cruce paſſus pro vobis. Tũc em̃ vt dicit Ber. Celi celoꝝ aperiunt et ipſe chriſtus qui eſt in ſinu patris mox venire dignat in ma nus ſacerdotis. cui virtutes celorum deſeruiunt. et panis in al tari in verum corpus chriſti. et vinum in eis ſanguinem con uertitur et trauſmutatur. et ſub modica forma pauis totus ve latur deus verus et homo. Unde Eſaias. Uere tu es deus abſconditus. ſcz in hoc pane. vt medicine ſub nebula. pſalmus Mirabilia opera tua domine. ſcz in hoc ſacramẽto corporis et ſanguiuis tui. et aĩa mea cognoſcet nimis. ſcz credendo firmit.

Um ergo tante dignitatis ſit ſacerdos. qꝫ creator fit ſui creatoris. et totius creature ipſum perdere vel dã nare ĩconueniẽs eſt. vñ Iſido. Sicut patrẽ interficere filiũ im poſſibile eſt. ſic creatorẽ perdere creaturã. incõueniens eſt. Si

cut in eccleſia reliquie ſanctoꝝ quoꝝ aie in celis ſūt condunt· ſic
ipe chriſtꝰ requieſcit in corde digni ſacerdotis Aug· Elegi et ꝑ
elegi mihi cor digni ſacerdotis in habitaclm dignū mee mãſio
nis tanꝗ in vaſe vitrio Licet vitꝝ ſit de vili materia· tñ ſplen-
didius ē auro ⁊ argēto Sic ſacerdos ꝑlucet dignior ⁊ maior
corã deo oībus homib' regibꝰ et principibꝰ huiꝰ mōi in ſua
dignitate· vñ honorãdi ſūt ſacerdotes quibꝰ deꝰ tantã in mōo
ꝑ oibus homibꝰ ꝯtulit grãm et honorē· vñ dñs. Qui vos au
dit me audit. et q̄ vos ſpnit me ſpernit Apoſt· Qui vos ꝯtur-
bat· ſ· indebite· iudicīū portabit q̄cunqꝫ ē ille Zacha· Qui vos
tãgit ſacerdotes· offēdit pupillã oculi mei Et dñs in pſal· No-
lite tãgere chriſtos meos· q̊s et ꝓphetas vocat dñs Et i ꝓphetꝭ
Egitur de alexandro rege magno q cū venit hieruſalē ad expugnandū eã· occur
meis nolite malignari·
rit ei ſacerdos iudeoꝝ in ornatu pontificali queſiuit rex q̄s eſſet
et dictū eſt ei q eſſet ſacerdos altiſſimi· ipe vero deſcēdens ab
equo hūiliter inclinãdo honorauit eū Et ſic iudei per eū obti-
nuerūt gratiã regis Quãtomagis ſacerdotes chriſtianoꝝ hu-
ius tpis honorãdi ſūt· qꝛ ipe deꝰ honorat in ipis cuiꝰ camera-
rij ſūt et miniſtri Salomō Dabit illis ſcꝫ ſacerdotibꝰ electum
dei donū· et ſors in tēplo dei altiſſimi· i· ſors duplex· grẽ ⁊ glo-
rie De ſorte grẽ ⁊ glẽ pſal· In manibꝰ tuis ſortes mee· i· ordo
et vita electiōis De ſorte glẽ daniel Stabis in ſorte tua in finē
dierū Sapi· Ecce cōputati ſūt· ſcꝫ ſacerdotes int filios dei· ⁊ in
ter ſanctos ſors illorum eſt· ſcꝫ ſacerdotum Merito ergo gau
dete et benedicite vos ſacerdotes domini domino· laudate ⁊ ſu
perexaltate eum in ſecula. qui vos ad tantã gloriam elegit

Enit filiꝰ hois querere ⁊ nō ſeducere· ſaluare et nō diſ
ſipare ſicut mali ꝑlati De qbꝰ Sa. Duꝝ ē iuditiū his
qui male intrant· durius his qui poſtquaꝫ intrauerūt male vi-
uunt· duriſſimū his qui male ꝑſūt Tres eñ ſūt q̄ſtiones. quō
intraſti· q̄uo vixiſti et quō rexiſti De ꝑmo amice q̄uo huc itra
ſti nō hñs veſtem nuptialē· Si forte canonice intraſti· nō ꝑ ꝑ-

cuſſi violentias ·nō ꝑ pretiuꝫ·nō ꝑ ꝯſanguinitatē·adbuc reſtat
ꝗ intentione aut ꝑ charitatē aut ꝑ cupiditatē· Si ꝓpter deū fa
ciat q̄ dei ſūt·ſicut ꝗ venit ad foꝝ·faciat ea ꝓpter q̄ venit At ille
obmutuit·qꝛ nō p̄cauit ſibi de hac q̄ſtiōe·qꝛ ocul⁹ ei⁹ nō erat ſi
plex·i·ītētio·igr̄ totū corp⁹ erit tenebroſū·vn̄ dn̄s Mitte eū i
tenebras exteriores Scda q̄ſtio fit ꝓpter yſaiam·tu ꝗ es·qua
ſi q̄reret qs h·q̄liter vixiſti in eccl'ia tua Si neſcis rn̄dere ſequi
tur Apportari te faciā quaſi apportatr̄ gallus gallinatius·ꝗ ma
ior eſt alijs Et maiores in eccl'ia dei iā nihil faciūt ſed minores
Tertia queſtio fit ꝑ hieremiā Ubi ē grex tu⁹ ꝗ dat⁹ eſt tibi pe
cus inclitū ·i·valde gl'oſū Et ne credas deū poſſe dubitare de a
liqua oue·dicit eīn adhuc tranſibūt oues ꝑ manus numerātis
Si igr̄ nō ſolū ꝓ vobis ſed ꝓ ſingl'is ſubditis oportꝫ rōnē red
dere· q̄ duriſſimū putas iuditiū erit oib⁹ ꝗ p̄ſūt Tria ſūt quib⁹
optīe diabolū vincim⁹·ſ· ardēs cogitatio·carnis mortificatio·
et acuta oratio De p̄mo pſal· In meditatiōe mea exardeſcit
ignis quo fugas diabolū fulgura choruſcantē·maxīe ſi medi
tatiōes ſint de paſſione chriſti De ſcdo apl's· Caſtigo corpus
meū ⁊ in ſuitutē redigo De t'tio· Au· Oro hūilis diuinū ꝓme
rer auxiliū Chriſt⁹ dicit ꝑ ezechielē ad p̄latū Speculatorē dedi
te domui iſrahel·i·laicis Un̄ valde necc̄e ē vt ſit lucidi paſtores
qꝛ nemo p̄t in ſpeculo ſpeculari lutoſo Chriſtus eſt ſol·paſtor
debet eſſe luna·luna eīn nō hꝫ lumē niſi a ſole·ita ſacerdos nō
dꝫ recip̄e decorē a mūdo·ſed tm̄ a chriſto Itē ſacerdos ꝗ ꝓ nū
mis celebrat·videt̄ dicere cū iuda Quid vultis mihi dare et
ego vob̄ eū tradā·q̄ nephas ē vendere dn̄m ſuū Cogita ꝙ p̄ꝛ
m⁹ ſeru⁹ vēditor ſeipm ſuſpendit Iudas eīn nūmos miſit i tē
plū Peiores ſūt ſacerdotes ꝗ denarios ꝓ q̄b⁹ cantāt mittūt in
lupanar et in ventrē ſuū Iudas ſemel chriſtum vendidit et de
hoc penituit·et tu forte multociens vendidiſti et nō penites·ca
ue ne deſperans teipſū ſuſpendas Berna· Uenient ante tri
bunal iudicis·audietur pupilloꝝ accuſatio et grauis allegatio

quoꝝ vixerūt ſtipendijs ·et nō dſluerūt eoꝝ peccata· Audi do
minū dicētē· Uos comeditis pctā ꝑp̄li Et alibi Paſce paſce
ſed nō dicit vēde vēde Item O bone ieſu videt̄ ꝯ te ꝯſpirare
vniuerſitas populi chriſtiani Nā illi in ꝑſecutiōe tua ſūt primi
qui in eccleſia vident̄ gerere principatū Si quis de pupulo de
uiat ille ſolus perit· ſꝫ ſacerdotis error multos perire facit ſi eti
am nō obeſt quantū prodeſt Bern· O ſacerdos corp⁹ tuū effi
citur quottidie ſepulchꝝ chriſti· cor tūc per os tuū egredit̄ falſi
tas· ꝑ quod quottidie ingredit̄ veritas Cur oculi tui vidēt va
nitatē qui quottidie aſpiciūt veritatē Cur man⁹ tue extendun
tur ad illicita et inania· q̄ tenēt tenētē oia· Cur te ingurgitas
ebrietate· q̄ tot⁹ plen⁹ debes eſſe bonitate Rogo ergo te vt fu
gias om̄ez vanitatē· ne in futuro ꝯdēneris ꝑ veritatē Tāto vti
q̄ꝫ graui⁹ cades ab alto quāto excellētius pollas dignitate offi
tio Idē bern. O dn̄e paſtores tui mutati ſūt in tonſores· agni
in lupos· defenſores i diſſipatores· qui deberent eſſe ſobrij· q̄t
tidie ſūt ebrij· q̄ p̄lati: pilati· qui caſti· inceſti· q̄ paſtores ſeducto
res Nōne tociens repetitū eſt· petre amas me· paſce oues me
as· quaſi dicat· niſi me ꝑfecte diligas· id eſt pl⁹ q̄ꝫ te tua ⁊ tuos
nō intromittas te de cura iſta· nec tu ſacerdos et maxime pa
ſtor pro ouib⁹ ꝓ quib⁹ effuſ⁹ eſt ſanguis me⁹ Ber· Nō debꝫ
alioꝝ ducatū ſuſcipere q̄ nō vult alios bn̄ viuēdo ꝑire Nullus
ita vilipēdit offitiū ſuū ſicut clerici Fabri et agricole mane ſur
gūt. ſed nō ipſi· dormiūt em̄ vſq̄ꝫ ad meridiē Ber· Ue ſacerdo
tibus miſeris ꝓditorib⁹ ſotijs q̄ chriſtū iteꝝ (quantū in eis eſt)
crucifigūt et ſanguinē teſtamēti pollutū ducūt Qui manibus
pollutis· oculis impudicis· ore venenato· corde impudico· dum
ad reuerendū ſacramētū nō reuerenter accedunt· angelos aſſi
ſtentes offendūt· et de ſingulari medicina ſibi miſerabiliter acq̄
runt eternā dānationē· Cauete vobis prelatuli. voratores vt
catuli· mortē nō attēditis q̄ fauorē vēdit. Dant̄ nummi· ꝓcu
rant̄ ꝑuuli ſcꝫ idiote· irregulares· excōmunicati· giezite· ebrioſi·
luſores· nūquā caſti· ſꝫ inceſti· ve vobis. ve et frequenter ve·

Dminus tranſiens de hoc mūdo ad patrē eccl'iam· q̄ ſuo ſacratiſſimo ſanguine redemit fratribꝰ ſuis·ſ·ſacer dotibꝰ regendā ꝯmiſit dicēs Exiui a pr̄e et veni in mūdū· iterū relinquo mūdū ꝛ vado ad prēm· vos oues meas cuſtodite ꝓ quibꝰ ſāguis meꝰ effuſꝰ ē Quāta ſit dignitas ſacerdotalis ·ſ· offitij ꝛ ordīs audiamꝰ et videamꝰ. Quātumcūq̨ em̄ ſit ali quis bonꝰ· tn̄ nō p̄t ꝯficere corpꝰ chriſti niſi ordinatꝰ fuerit· vt offitij ſacerdotalis exhibeat miſteriū· dei aūt ē offitiū tribuere et benedictiōes Vñ· Aug: Sacerdotes nō ꝓpria v̄tute bn̄dicūt ſꝫ q2 chriſti figurā gerūt· et ꝓpt̄ eū q̄ in ipis ē bn̄dictiōis tbuūt plenitudinē O ſacꝝ et celeſte miſteriū· qđ ꝑ vos pr̄ ꝛ filiꝰ ꝛ ſpi ritusſanctꝰ mirabilit̄ opat̄. credimꝰ q̄ poſt deū nō ē tāta gr̄a et ptās ſicut eſt veſtra vñ Ber· Sup ptāte vr̄a et tā inſigni pri uilegio vr̄o ſtupet celū· mirat̄ t̄ra cōtremiſcit diabolꝰ. abhorret infernꝰ· veret̄ hō· venerat̄ plurimū angelica celſitudo· q̄ vno eodēq̨ mométa deꝰ qui p̄ſidet in celo· in manibꝰ vr̄is ē in ſa crifitio Sꝫ vñ hoc dulciſſime et pijſſime hieſu vt ſacerdotes q̄ ſūt vt nos vermiculi et puluis et cinis te pn̄tē habere mereant̄ p̄ manibus· p̄ oculis· qui totus et integer ſedes ad dexterā pa tris. q̄ vnius hore mométo a ſolis ortu vſq̨ ad occaſū· ab aq̄ lone vſq̨ ad auſtꝝ preſto es dn̄e Certe nō ex debito· nō ex me rito· ſed ex voluntatis tue beneplacito ꝑparaſti te in dulcedine tua pauperi deꝰ· ſ· ſacerdoti Hec eſt vere celeſtis indulgētia· hec eſt cumulata gl'a· hec ē vere ſupexcellēs gr̄a. ſacerdotes tenere deū in manibꝰ· Nullis angeloꝝ· nullis archāgeloꝝ· nullis ſpiri tibꝰ. ſꝫ hoibꝰ. nō omibꝰ· ſed tm̄ ordini vr̄o commiſſā eſſe credi mus celebrationē tāti miſterij· vt cōſecratꝰ in ſacerdotē prorſꝰ ad ipm cōficiat in altari· qđ chriſtꝰ in cena paſchali cōfecit ma nibus ſuis In altari quippe ſacerdotū ore manibus cōficitur chriſti corpus· nō creat̄· nō naſcit̄· ſꝫ quod totū in dextra patris eſt· totū in manibus· totū in ore ſumētis· vnꝰ in multis et di uerſis O ſacerdos tu es ſacer dux· ſacra docens· ſacrum

na imitabilem reddunt Scientia et diſciplina bonitatez attra-
hunt· ſcientia corrigit et diſciplina paſcit Debet autem quilibet
prelatus et religioſus et clericus qui alijs preeſt ſollicitus eē q̄-
modo deo placeat in puritate conſcientie Bernardus· Man
ducare ſpiritualiter corpus chriſti· eſt paſſionis et redemptiōis
eius attentius recolere ſacra benefitia ad ſumendum ſuauiter
in conſcientia· et recolendum fideliter in memoria Auguſtin⁹·
Quottidie corpus chriſti ſumere nō laudo nec vitupero Hoc
eſt ſignum ſepe cōmunicandi· cum de perceptione huius ſacra
menti timor ſeruilis minuitur· et incendium charitatis pl⁹ aug
mentatur Sed per hoc aliqui retrahunt cum de cōmunione
deuotionem et conſolationem ſingularem non ita ꝑcipiunt pro
ut eis beneplacitum foret· Et hij magis ſua q̄ que dei ſui viden
tur querere·

Venerabilis ſanctitudo manuū ſacerdotum O felix
exercitium· o mundi vere gaudium· vbi ima ſummis
iungūtur· cum chriſtus tractat chriſtū · ſacerdos dei
filium· tibi delitie ſunt eſſe cum filijs hominum· vnde Petrus
in canonica Vos eſtis genus electum· regale ſacerdotum· ge-
nus ſancta. populus acquiſitionis· Auguſtinus· Vos eſtis in
quit genus electum· non ſolum electione tempalis prelationis
ſed vt ſpero electionis eterne predeſtinationis Unde Apoſto·
Elegit eos ante mundi conſtitutionem· qui nondum erant niſi
predeſtinati Auguſtinus Q̄uo elegit eos ante mundi conſti-
tutionem· qui nondum erant predeſtinādo Gregorius· Pre
deſtinatio nihil aliud eſt q̄ gratie preſentis et glorie future p̄
paratio· Auguſtinus Quattuor enim requiruntur proprie ad
preparationē gratie preſentis ⁊ predeſtinationem glīe future·
Primum eſt voluntas tribuentis· Secudum eſt libertas vo-
luntatis· Tertium eſt predeſtinatio non exiſtentis· Quartum
eſt meritum accipientis· alioquin nec gratia in preſenti· nec
ſequetur gloria in futuro Unde Apoſtolus Quos preſciuit

hos et predeſtinauit cōformes fieri imagini filij dei· ſcʒ ſacerdotis in tanti miſterij miniſterio. Idem quos predeſtinauit hos et vocauit· et quos vocauit hos et iuſtificauit· et quos iuſtificauit illos et magnificauit Gloſa In predeſtinatione eſt gratia in vocatione potentia· in iuſtificatione leticia· in magnificatione gloria Unde vos ſacerdotes eſtis genus electum

Augustinus· O preſbiter ſiue ſacerdos· ſicut deus te elegit et preelegit reddere rationem villicationis tue· in quā vel quod tu in hoc ſeculo eligeris· dum deus electionem a te requiret· non eſt dubium dare. an ſacerdos ſit angelus an diabolus Si vixerit in caſtitate corporis et anime et humilitate eſt angelus· Si vixerit econuerſo eſt peior diabulo· et hoc eſt horribile valde malis preſbiteris O ſacerdotes conſiderate veſtre dignitatis dulciſſime excellentiam· quia dn̄s vos ditauit pre omnibus creaturis Honorandi ſunt quippe ſacerdotes. q̄bus dominus tantam in mundo pre omnibus contulit gratiā et honorem·

Sapientia · Ecce computati ſunt· ſcʒ ſacerdotes inter filios dei· et inter ſanctos ſors illorum eſt· ſcilicet ſacerdotum Merito ergo gaudete et benedicite vos ſacerdotes domini domino· laudate et ſuper exaltate eum in ſecula· qui vos ad tantam dignitatem et gratiaʒ elegit· Et gratias agite ei pro tantis beneficijs preſentibus preteritis et futuris. et eternalibus temporalibus et ſpiritualibus· et rogate ſuppliciter dicentes Cōfirma hoc deus quod operatus es ī nobis per immenſam gratiam tuam in preſenti· et preſta vt cum omnibus nobis commiſſis et omnibus fidelibus· et cum omnibus ſāctis ⁊ angelis tuis in futuro in regno celorum confiteamur nomini tuo ſancto· et gloriemur in laude tua ineternum·

Dominus noſter pontifex de veſtibꝰ ſacerdotalibus myſticam vt ſummus ſacerdos camiſiam induit in almo vtero· ſcʒ beate virginis marie Miniſtri vero iudeorum dederunt ei amictum alapis contextum Herodes albam· quando

Illuſit cum alba veſte indutum Miniſtri pilati cingulum quā do flagellis ceciderunt eum. Dederunt ei phanonem. quando ligauerunt eum ad columnam. ſtolam ſputis contextam Caſulam. quando induerunt eum veſte purpurea dicentes. Aue rex iudeorum Lanceam pro baculo Crucem pro ſede epiſcopali Spineam coronam pro infula Clauum in pedibus pro ſandalis Clauos in manibus pro annulo et cirothecis Sicqȝ ornatus pontifex noſter primo templum aſperſit· miſſam cantauit· Heli·heli· poſtea indulgentiam dedit dicēs Pater dimitte illis. Prelati temere credūt ſibi cuncta licere Credidit et caiphas oē nephas ſibi phas Ve miſero mōo· ve primo· ve ſcōo Ve ꝑ pontificū dedecus horrificū Pontifices muti· de iure ſuo male tuti Quāuis cornuti non audent cornibus vti·

Ota ſex vicibus fudit chriſtus ſanguinem ſuum pro nobis· Primo in circumciſione· et hoc fuit noſtre redemptiōis initium Secundo in oratione· et hoc fuit noſtre redemptionis deſiderium Tertio in flagellatione Quarto ī coronatione· et hoc fuit noſtre redemptiōis meritū· quia liuore eꝰ ſanati ſumus· Quinto in crucifixione. et hoc fuit noſtre redēptionis pretium· tunc enim que non rapuit exſoluit Sexto ī lateris apertione· et hoc fuit noſtre redemptionis ſacramentum quia inde exiuit ſanguis et aqua· Sanguis in remiſſionē peccatorum· aqua ad lauacrum baptiſmi ſacrificandum·

Finit ſtella clericorum foeliciter·

## In laudem libelli

Aſpice preſentis o clerice dicta libelli
  Nomen paſtoris quiſquis habere voles
Terrenis nunq̄ vel paucum rebus adhere
  Hunc mundum ſpernens: celica ſola pete
O quanta mentis acie perpendere debet!
  Is. qui paſtoris accipit offitium
Ne pro diuitijs curam ſibi vendicet ipſe
  Et non vt populo dogmate ſubueniat
Crede tuo dabitur merces condigna labori
  Apte ſi proprium rexeris ipſe gregem
Illicitus ſi cecet amor te diuitiarum
  Letheas ditis ingredier e domos
Labitur ex vero ſi quis tuus agnus ouili
  Ad chriſti caulam dulcius hunc reuoca
Verus paſtor oues ad ſummum ducat ouile
  Terrenos cum artus ſpiritus exuerit

I·S·

restauriert Juli 1974, Hr.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

restaurirt ... Ha.

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg